

città di Carpi, è demolito da quasi settant'anni e non ne rimane alcun segno all'infuori di un disadorno stanzone. Il Morselli rievoca, con abbondanza di notizie inedite e affatto ignorate, la lunga e varia vita del vecchio teatro e giunge assai opportunamente a richiamare l'attenzione dei carpigiani, che hanno a cuore le memorie e le tradizioni della loro città, sulla decorosa e notevole attività — ingiustamente dimenticata e trascurata — dell'antico e glorioso teatro che fu campo di nobili e degne manifestazioni artistiche. Ci auguriamo che a questo pregevole saggio il Morselli faccia presto seguire la cronistoria completa del vecchio Teatro); LORENZO BIANCHI, *Un politico e uno storico della Germania (Bismarck e Rancke)*, Bologna, P. Neri, 1928. (E' il magnifico discorso che il prof. Bianchi pronunciò il 9 gennaio in occasione del solenne conferimento dei premi Vittorio Emanuele II: i due grandi creatori della moderna Germania vengono studiati nella loro intima espressione storica e politica, con originalità di osservazioni, con forza di sintesi); HENRI LEMAÎTRE, *Conférence des Bibliothèques à Edimbourg*. Paris, Champion, 1928. (Chiara, ordinata e succosa relazione del Congresso nazionale delle Biblioteche tenuto in Inghilterra lo scorso anno, a celebrazione del cinquantesimo anniversario della costituzione dell'Associazione dei Bibliotecari inglesi - Associazione che, purtroppo, in Italia manca ancora - con utili informazioni sulle biblioteche inglesi, sulle istituzioni bibliografiche e in particolar modo sulle Biblioteche popolari, che ormai vanno prendendo dappertutto un enorme sviluppo); *Attività dell'Istituto fascista di previdenza mutua per gli operai edili ed affini della provincia di Bologna*. Bologna «Arte fascista» 1928 (Bel volumetto pubblicato nella ricorrenza della premiazione annuale 21 aprile 1928 dal benemerito Presidente dell'Istituto ing. comm. UMBERTO FERRI e dal dott. N. MEZZETTI; ci dà ampie notizie, con opportune illustrazioni, dell'opera di cultura e di educazione artistica compiuta in tempo relativamente breve da un Istituto che risponde egregiamente all'alta funzione per la quale fu creato); VINCENZO PALTRINIERI, *Luci d'italianità. Conferenze e discorsi (1911-1926)*. Roma, Bellini, 1928. (E' un bello e nudrito volume. I discorsi sono tutti intonati a opere di bontà e di italianità; sono profili di uomini insigni, sono celebrazioni della guerra, sono argomenti di educazione e di vita, sempre illuminati con coscienza, con dottrina e con amore); ANTONIO FALESCHINI, *I racconti del mio paese*. Udine. Del Bianco, 1927. (Sono racconti di cose vere e di cose grandiose: la parte che ha avuto il Friuli, e specialmente Osoppo, nella storia del Risorgimento e nei fasti dell'ultima guerra di liberazione. Pagine semplici, che commuovono e che educano); E. GADDI PEPOLI, *Giostra Forlivesi*. Forlì, Poligrafica romagnola, 1928. (In questo breve scritto, egregiamente condotto e interessantissimo, il Podestà di Forlì, che tra le cose di ufficio, e ufficio nobilissimo, sa trovare tempo per rievocazioni storiche, richiama vecchie e gentili costumanze e avvenimenti gioiosi e talora giocosi della sua Forlì, avvenimenti che traggono anche più schietta importanza e colore dalle belle illustrazioni che adornano lo scritto); G. F. CORTINI, *In memoria di D. Silvio Lugaresi abate di S. Maria in Regola*. Imola, Baroncini, 1928. (E' il discorso che il prof. D. Cortini pronunciò nella chiesa di S. Maria in Regola il 24 novembre 1927, in occasione delle esequie del commemorato: uomo di altissime doti di animo e di intelletto).

ALBANO SORBELLI, direttore responsabile

L'ARCHIGINNASIO

ANNO XXIII - NUM. 3-4 BULLETTINO DELLA BIBLIOTECA
MAGGIO - AGOSTO 1928 COMUNALE DI BOLOGNA

IOSEPHI ALBINI
RECTORIS ATHENAEI BONONIENSIS
VERBA IN ARCHIGYMNASIO HABITA
III NON. SEPT. A. MCMXXVIII
QUO DIE PRIMUM SEDIT
MATHEMATICORUM AB OMNI GENTE CONVENTUS (*)



VOBIS omnibus, Viri clarissimi, qui convenistis per-
vetus haec Disciplinarum et Artium Universitas
non modo laeta lubens obviam occurrit sed ma-
gnas etiam agit gratias, quod invitanti sibi tot
et tales estis obsecuti. Per vos enim fit ut undique fere coisse
videantur eximii qui Mathematicen excolunt vel ipsam vel in
aptis haustisve ex ipsa artibus et facultatibus, atque hic unanimi,
iis intermissis quibus generatim moveri possint studiis, id unum
spectent quod habent universi doctrinae et veritatis propositum.
Tanta igitur inest et consiliis vestris et huic concilio auctoritatis
atque humanitatis laus, ut iure meritoque favere et interesse cen-
suerint et Civitas magistratu suo cum signis avitae libertatis ac fa-
scibus receptis et Is qui fortiter feliciter praeest rebus patriis sum-
mum legans Disciplinae publicae Ministrum et ipsa Sabaudica
Domus, regium nomen, omen Italicum, adstante hac lectissimi
Principis iuventa pro Rege optimo eodemque doctissimo.

(*) Col gentile consenso del Comitato esecutivo pubblichiamo il Saluto del Rettore ai Congressisti nella seduta inaugurale del Congresso internazionale dei Matematici. La Dir.

Equidem dignam urbem quo conveniretur Bononiam puto, quippe quae perpetua saeculorum serie quasi fato suo benigno, tum *felix prole virum*, tum faulrix hospesque florere perrexit optimarum artium easque colentium. Cuius Athenaeum, ut illa olim arx Atheniensium, usque vivacem monstrare amat Palladis frondem, qua vix ulla queat pulchrior vel frontes hominum vel vias vitamque populorum honestare.

Anni sunt XL cum ad octava Saecularia post Studium conditum celebranda huc undique spectatissimi meritis et ingeniis viri prope innumerabiles confluxere, laeti urbem visere quae medium per aevum suas inter sescentas turres quasi Pharus praelucens alacri totius Europae iuventuti meta fuit. Ipsa autem urbs visentes doctores amplexa, sicut olim undeunde advenientes discipulos amplectebatur, unumquemque eorum sancta signa doctrinae verique sequentium ore cuiusdam sui poetae in limine salutavit his verbis: *Non es advena, civis hic*. Sane illius memorabilis conventus instar habet hic vester, tanta frequentia, tanta scientia: unumquemque vestrum urbs, ut illos, alloquitur; eademque recinunt voces, eadem vota, utinam certiore et candidiore auspicio, renovantur.

Nunc vero, magis etiam quam ut fastos laudesque pristinae vetustatis repetamus, illud praestat ut quanti fuerit momenti ne obliviscamur in rei mathematicae processu, inde a renatis litteris, certe a XV saeculo, Bononiensium doctorum vis atque sollertia. Non meum est id apud vos commemorare: possum quidem memoria repetere perinsignis Scipionis a Ferro aliorumque usque ad Archimediae sagacitatis virum Bonaventuram Cavalerium praeclarissima nomina; quid et quantum suo quisque ingenio effecerint invenerint auxerint, vestra existimatio est. Quamquam fas est omnibus reputare quam scite, quae Astrologiae nomine iam nihil aliud saepe extiterat nisi oculorum et mentium praestigiae, laqueos et fallacias captionum eluctata, suam sibi praestantiam vindicavit et lucentis mundi sincera speculatrix novam sit adepta inventis clarissimis gloriam. Quid si mathematicorum varias etiam laudes velimus animadvertere, quibus tam saepe praeter doctrinam suam

ornari solent, ad multiplices acrioresque humani ingenii habitus nati factique? vel si eos spectemus non diversos quodammodo et secretos sed in comitatu et corona omnis generis disciplinarum cumque earum cultoribus coniunctos? Hoc praesertim anno qui trecentessimus numeratur a natali illius prope divino ingenio viri Marcelli Malpighi quique nos commonefacere videtur quantum vis illa ingeniorum posset, quam late, ut saepe in summis, pateret, quam penitus in universa rerum natura perspiceret. Neque contigit raro ut musici cantus pictaeque tabulae, omnes amoenitates artium iuxta doctorum labores florent vel ab iis ipsis orerentur: quod si medicus fuit idem philosophus, astronomus quandoque plenus caeli versabatur non ignobilis in terris poeta.


Sed a proposito declinans non concedam voluptati et memoriae, cum praesertim, ubi tam multi adestis et externi et nostrates doctissimi, forsitan illud quoque saepius usurpatum *Bononia docet* intermitteri debeat parumper neque absurdum sit *Bononia discat* dicere. Hoc excepi honestissime dictum ex ore clarissimi viri qui quasi Nestor disertus et doctus ornat emeritus, ut diu iuivit doctor, hunc mathematicorum ordinem antiquis laudibus et usque novis viribus vigentem. Neque mirum; nam quo quisque est doctior, eo novit planius quantum supersit discendum: optimus quisque magister non desinit esse velle in omni vita multa ex parte discipulus, praeque immenso anquirendae doctrinae tamquam pelago ille quoque gubernator *maria omnia vectus* haeret, ceu rudis nauta, prospectans.

Ob id ipsum quod meliorum maior est verecundia, ne etiam dicam sibi consciam ingenuorum virtutem non nimis laudantium verbis oblectari, e cunctis quos praesentes videmus nominabimus neminem. Et videmus praeclarissimos diu lateque spectatos cumque eis iuvenes suam quemque provinciam summa iam praestantia tuentes. Iique omnes tot suorum laborum specimina tantamque huc in medium congerunt messem, ut spem non mediocrem nec sine aliqua superbia sumamus fore ut huius Bononiensis Conventus in fastis doctrinae vestrae nequeat umquam opera et memoria interire.

Quorundam autem nomina eaque magnorum necesse est, utinam ne esset, memorare, ipsorum laudis ergo nostrique maeroris: hic, inquam, desiderantur morte praerepti, e Suetia Mittag Leffler, huius Universitatis honoris causa doctor, et Ivar Fredholm, e nostris Aloisius Bianchi.

Sed finem faciam dicendi. Quamquam mihi nunc vellem paulisper illorum auctoritatem sapientium qui huius Almae Studiorum Matris hereditatem compararunt, vocem vellem disertorum qui maxime per saecula florere doctorum, quo haec fluxa verba satius dignitati adaequarem solidae istius disciplinae quam augetis cotidie quaeque vos auget, votaue pro laboribus vestris proque eius incrementis elatius nuncuparem. Nemo enim est, quamvis exsors et profanus absit ab ista aede istisque adytis Minervae, dummodo ne ab omni se doctrina ipsaque a vita segregarit, quin sciat Mathematicen primos fontes imasque radices omnium fere prodigiorum quae nostra videt aetas, quibusque in publico et privato incredibiliter fruimur, unam esse complexam. Per eam industrios invicta sollertia homines aspiciamus mirabilia molientes, per eam *pennae sunt homini datae*, per eam pars altera orbis cum altera colloquimur; a vastitate oceani, ab infinitate aetheris triumphantium vel quiritantium voces excipimus. Eadem, non secus ac quaerenti de totius mundi ratione et ordine, in acerrimis succurrit quas nuper admirati sumus de atomi compositione inquisitionibus; dignis quidem novo Lucretiano carmine, unde liquido pateret veritatem vitae plus reapse effecisse quam quod umquam aestus mentis et poetarum spiritus finxerint, cum tamen poesis inexplebilis immortalis praeter omnes volet effectas res et usque sublimior corusco e sidere adrideat. Ista quoque ars quam sit et ipsa grandioris non expers poesis, ineptos tantum fugiat, numerorum studiosa et rerum innumerabilium effectrix, socians et compensans vividiores animi motus cum gravissimis exactae rationis argumentis, levibus eadem alis nisa, eadem abaco et circino incumbens. Equidem exemplo eam esse posse arbitror omni et institutioni et disciplinae qua informatam iuventutem totamque imbutam rempubli-

cam exoptem, potissimum patriae, simul omnium gentium et nationum germano humanitatis sensu consociatarum. Ea est enim perfecta et consummata institutio quae vel egregia facinora aggredi suadeat et nil non audere ad nutum sibi constantis probitatis et cum laude vitae morumque integra et illibata.



Relazione del Bibliotecario all'on. Delegato del Podestà per la P. I.

On. signor Delegato,



CCINGENDOMI a compiere ancora una volta il dovere mio di dar conto di quanto si fece in questo Istituto nell'anno testè decorso, mi accorgo con un certo dispiacere, se pur temprato e rassegnato pel fatto che è destino che così sia, che non s'è fatto tutto quel che speravasi e prevedevasi. Avviene da noi come presso i costruttori, che i preventivi sono sempre diversi, e spesso per stacchi notevoli, dai consuntivi; e come i progettisti hanno sempre le loro postume ragioni, così delle ragioni, a guardar bene, si trovano anche da noi. Il fatto è che nelle Biblioteche, anche nelle più ordinate, c'è sempre l'imprevisto, e inoltre c'è sempre il desiderio del meglio che fa sostare e fa impiegare due mesi di lavoro, non di rado, là dove pensavasi di finirla in dieci giorni.

E poi è da tener conto della natura speciale della Biblioteca dell'Archiginnasio, la quale non si limita solo alla schedatura e descrizione e ordinamento di ciò che può essere acquistato colla annua dotazione, ma deve badare (e lo fa con gran piacere) a tutto quel materiale — che è poi la maggior parte — che le giunge per graditi doni, per lasciti, per affetto disinteressato di studiosi e di cittadini, memori sempre del loro bello e storico Archiginnasio.